Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Paulus tertio dominum rogavit ut a se angelus sathane, a quo tribulabatur, abscederet. nec impetrare potuerit. In Ascensione Domini.

RECUMBENTIBUS s. Marcum.

Undecim discipulis, apparuit illis ihesus. et exprobravit incredulitatem illorum et duriciam cordis. quia hiis qui viderant eum resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum universum, predicate euangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit, qui vero non crediderit condempnabitur. Signa autem eos qui crediderint hec sequentur. In nomine meo demonia eicient, linguis loquentur novis. serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eos nocebit. Super egros manus imponent, et bene habebunt. Et dominus quidem ihesus postquam locutus est eis, assumptus est in celum et sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicaverunt ubique, domino cooperante